

- Si tamen frater, ac respectivè filius patre adhuc vivente recepta renunciatione bonorum fideicommissio transferat obnoxiorum onus dotandi filias, † ac respectivè sorores assumpserit, tunc etiam de proprio dotare tenetur, etiam si sorores aliunde haberent ex quo dotes consequi possent ob præventivam eorundem bonorum restitutionem, ac intuitu commodi exinde percipiendi, non secus ac si ipse esset principalis debitor. Rot. apud Cenc. de cons. decis. 547, numer. 1, cum aliis in dicta Auximiana dotium 19, Junii 1651, in princ. vers. Clara tamen, & 27, Maii 1652, in princ. vers. Sed ratione coram Albercato.
- Quemadmodum si Testator etiam extraneus foeminas dotari mandaret † in deficientiam liberorum, & sic in subsidium intelligeretur Petr. de fideicom. qu. 8, nu. 497, Molin. de Primog. lib. 4, cap. 7, n. 2, & ibi Addent. Peregr. de fideic. art. 42, sub nu. 76, Fular. consil. 117, nu. 2, & de substitut. 531, nu. 127, alios cumulat Redenasc. consil. 29, n. 108, & seq. Andreol. controv. 359, n. 4, & seq. Tanagl. de sac. Rot. Rom. Audit. fol. 83, nu. 9. Rot. decis. 77, nu. 7, vers. Quod procedit cum seq. part. 5, & decis. 49, n. 7, & seq. part. 6, recent. & apud Merlin. de pignor. & hypothec. decis. 31, n. 5, & decis. 28, n. 5, & decis. 140, n. 1, Beltram. ad Ludovif. decis. 543, n. 5, Ferentill. ad Buratt. decis. 641, n. 20, & in Romana Salviani de Casalibus 11, Martii 1643, coram Pentingero, & in Prænestina dotis 29, Novembris 1647, vers. Nam contraria opinio coram Eminentiss. Corrado, & in Bononien. fideicommissi 5, Decembris 1650, coram Celso §. nec refert impressa apud Censal. ad Peregr. de fideicom. decis. 43, num. 7.
- Onus probandi non extare libera mulieri pro restitutione, seu constitutione dotis † agenti ad fideicommissum regulariter spectare pro abfoluto habent plures hic relati nu. 46, quibus accedunt infiniti apud Rub. ad Rotam in annotatione decis. 150, nu. 35, usque ad 64, part. 9, tom. 1, recent. Quæ tamen opinio non procedit, quando jam mulier reperitur in possessione bonorum fideicommissi, † ut subjungit post alios Rub. ad prædictam decis. 150, num. 140, & seq. usque ad 149, part. 29, tom. 1, recent. dixi allegat. 58, nu. 12, & allegat. 69, n. 6, lib. 2. Rot. in Inveramen. fideicommissi 15, Martii 1647, §. quia cum coram Melio.
- Alienatione autem fideicommissi pro dotis restitutione semel & justè facta † non amplius fideicommissio vincalatur. Rot. decis. 209, num. 3, part. 1, & decis. 312, n. 46, part. 6, recent. Salgad. in Labyrinth. credit. part. 3, cap. 4, nu. 27, & 28, Merlin. de legitim. lib. 3, tit. 1, quest. 9, num. 48, in fine Royas decis. 117, num. 34, & seq. & decis. 153, num. 19, & seq. & decis. 193, nu. 17. Unde non videtur curandum quod Auctor hic anceps remaneat num. 47, totum enim pendet ex forma constitutæ dotis super fideicommissio, num scilicet bona liberè, num verò cum onere fideicommissi tradantur ex mox citatis, & confert Rot. dicta decis. 438, nu. 49, & seq. & decis. 461, n. 5, ubi ampliatur etiam ex matrimonio non supersint filii part. 9, tom. 2, recent. Nam quando morte viri solvitur matrimonium, dos ad patrem revertitur, † non ut fideicommissum reintegretur, sed ut eam conservet filia pro ulterioribus nuptiis, seu ejus filii. Marefcot. var. resol. 69, nu. 34, & seq. lib. 2, in idem quoque coincidunt rationes, Fontanell. claus. 5, glos. 1, part. 2, ex n. 49, ubi nu. 58, quod dotis constitutio lege super fideicommissio permittente facta non retractetur,

sed pater effectus ditior fideicommissum reintegrare cogatur. Quamobrem si pater rem fideicommissio pretio æstimatam filia in dotem dederit, fideicommissarius † postea refuso valore illam recuperare poterit, sic enim utroque modo lex habet intentum, quod filia remanebat dotata. Peregr. de fideicom. art. 42, nu. 23, & 24, ubi ita bis judicatum concurrentibus bona fide, justitia æstimationis, & decis. Patavin. 96, num. 1, & 2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5, glos. 1, part. 2, num. 64.

Militant, quæ diximus de regressu ad fideicommissa ascendentium pro constitutione, aut restitutione dotis descendendum ubi non adsint libera, ut istud procedat, etiam si Testator expressè in causam dotis alienationem prohibuerit. Quia adhuc dos constituenda aut restituenda non attentà prohibitione † detrahitur. Surd. dec. 62, num. 11, & per totam, & ibi post alios Hodiern. n. 1, & 15. Fenson. ad statut. Urb. decis. 93, vers. Contrarium tamen. Idem Hodiern. controv. 9, num. 6, & seq. Giurb. observat. 89, num. 8. Rot. coram Eminentissimo Otthob. decis. 43, num. 9, ubi quod similis prohibitio non teneat, Cammarat. decis. respons. 44, numero 27, & concluditur hoc cap. num. 54, in fine.

Ad Hispanorum primogenia, seu majoratum bona, dispositionem aut. res. que C. commun. de legat. ita denuum † se extendi dicendum venit, quatenus agens ad dotem contra ipsa Regium assensum obtinuerit, ut latè prosequitur Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. 24, num. 67, 68, & seq. & num. 130, & seq.

## CAPUT XXXVI. §. I.

## SUMMARIUM

- 1 Assensus obligandi bona à Majoratu intelligitur in subsidium, declara ut num. 2. In cessione juris ad feudum non requiritur num. 3. Contra num. 4.
- 5 Legitima non tam descendentibus, quam etiam ascendentibus jure naturali debetur. A Principe aut statuto in totum tolli potest num. 6.
- 7 Mater regulariter filias alere non tenetur. Si invito Patre filio alimenta tradit repetere non potest num. 8. In subsidium filios alere tenetur num. 9. Usque ad triennium filios alit maxime si non sit habilis num. 10.
- 11 Legatum à debitore creditori factum animo compensandi in dubio relictum censetur. Non censetur factum animo compensandi cum debito voluntario num. 12. Secus cum debito necessario num. 13.
- 14 Fructus à die litis contestate debentur. Amplia ut nu. 15. Sed contra num. 16, 17, 18, & 19. Amplia ut num. 20.

**J**Am diximus hoc capite majoratus bona, ut obligentur, aut alienentur Regis assensum requiri, modo autem subjungimus assensum hujusmodi concessum censi in subsidium, & deficientibus liberis juxta traditionem † Auctoris hic numero 14, quod regulariter procedit: nam quando bona non veniunt efficaciter in obligatione nisi cum licentia, tunc sine alia expressione intelligitur data in subsidium tantum ex cumulatis per nos allegat. 28, num. 10.

## Observationum de Alimentis. Cap. XXXVI. §. I. 49

n. 10. & allegat. 39, n. 24 lib. 2. Spad. conf. 49, n. 28, lib. 1. Rota in Mantuana dotis 6, Junii 1636, & 10, Junii 1637. Coccino. Crederem tamen \* quod si licentia ex post non accederet, hoc est, maioratu jà in esse deducto, sed in erectione ejusdem majoratus intercederet, quod tunc ulterior assensus non requireretur ad tradita per nos alleg. 26, n. 40, & seq. fol. 432, & 483, lib. 2, & alleg. 1, num. 10, & alleg. 28, n. 3, lib. 2.

Sed quæritur num vigore assensus habens facultatem regressus contra majoratum, vel aliam rem sine illo alienari prohibita jura hujusmodi abli- que novo assensu cedere valeat, in \* quo quidem articulo affirmativè respondet Marefcot. var. resol. 40, per totum lib. 1. Sed contrarium opinio- nem uti veriolem, \* ac magis receptam tuentur Joa. Andr. Georg. in repetit. feud. capite 43, n. 24, Nig. de laudim. quest. 7, art. 7, n. 84, fol. 92, tomo 1, & latè prosequitur A. Pont. de potestat. proreg. tit. 8, §. 11, ex num. 14. Capyc. Galeot. contr. 63, n. 14, lib. 2. Joan. Bapt. Biloch. conclus. feudal. 100, n. 1. Antonin. de Marin. ref. 28, n. 10, lib. 1, & resol. 61, n. 4, & per totam lib. 2, ubi ex professo reprobatur Marefcot. mox adductum, & dixi alleg. 44, num. 9, lib. 2.

Non minus ascendentibus, quam descendibus jure naturali debetur \* legitima, Altograd. conf. 56, n. 10, & conf. 57, n. 33, 56, ac per totum lib. 1, quem secutus sum alleg. 1, n. 94 lib. 2. Rota decis. 390, n. 21, part. 9, tomo 2, recent. Merlin. de legitimat. lib. 1, tit. 2, q. 12, n. 4, & lib. 3, tit. 1, q. 1, n. 1, 36, ac per totam in moderna impressione ubi etià explicat qualiter respectu quantitatis, & actionis dicatur descendere à jure civili, ita ut non in totum à Principe, vel à statuto \* tolli possit nisi sub- sit causa veluti ut mater secundò numen facilius maritum inveniat. Hodiern. ad l. hac edictali quæ- sione 7, nu. 22, & 23, & sic intelligi debet idem Hodiern. ad Surd. decis. 138, num. 26, dum dixit legitimam per statutum minui, non autem in totum tolli causa scilicet non subsistente quod repetit Georg. Mund. conf. 10, n. 383, & 384 lib. 2, qua de re fusius hoc capite tractatur n. 49, 67, 71, & 72.

Mater filios alere regulariter \* non tenetur, Franc. decis. 87, nu. 15, Andr. controv. 141, nu. 24, Cyriac. controv. 480, n. 15, ubi quod si mater de facto alimenta præstitisset ab herede patris illa repetat. Istud tamen recipit declarationem dummodò id non faciat invito patre, \* ac eo reclamante, tunc si mater penes se teneat filios, & alat, non repetit alimenta, ex eo quod gesserit negotium alterius contra ejus voluntatem. Cyriac. controv. 33, nu. 35, & 4. Sperell. dec. 138, n. 103. In subsidium \* tamen non ambigitur quin mater filios alere obstringatur, Andr. controv. 155, n. 26, Auctor hic n. 63, Arias de Mes. var. resol. 25, sub n. 20, lib. 2, ubi quod istud \* procedit maxime ad triennium. Leoncill. de privil. paup. 243, n. 1, & seq.

Legatum à debitore creditori factum in dubio compensandi animo \* censetur relictum in debito necessario, secus autem in voluntario: necessarium dicitur quod à lege provenit, voluntarium verò illud ad quod debitor ex propria voluntate se obligavit, & ad quod obligatione seclusa originaliter non tenebatur dixi post alios allegat. 54, nu. 14, lib. 3. Rota decis. 649, per totam part. 1, recent. duplicatè apud Cavaler. 318, ubi quod lucrum dotis à statuto Urbis habente conexam voluntatem contrahentium non compensetur cum legato tanquam voluntarium. Spad. Melius ad Castellum de Alimentis.

conf. 225, nu. 12, ubi quod nunquam legatum animo compensandi factum censetur, quando quid diversum legatur ab eo, quod debetur, & conf. 292, n. 4, & 4, ubi quod legatum non censetur factum compensandi animo quando debitum non provenit à lege, sed \* habet initium voluntarium, prout est istud, quod provenit ex contractu matrimonii, & consil. 348, nu. 1, & per totum, ubi pluribus modis limitat conclusionem, quod legatum non censetur factum animo compensandi cum debito voluntario lib. 3. Rota decisione 152, n. 19, part. 9, tom. 1, recent. Hodiern. in l. hac edictali questione 19, n. 4, 9, & per totam, ubi an legatarius ne plus petere possit acceptando excludatur etiam si legatum sit minus debito.

Necessarium quoque debitum ad effectum compensandi lucrum dotis \* ex statuto debitum cum legato. Cavaler. decis. 168, n. 4, & admittunt mox citati Doctores sicuti è converso debitum ex contractu proveniens uti dicebamus voluntarium dicitur, quicquid in oppositum innuere videantur Marefcot. var. resol. 86, n. 6, lib. 2. Auctor hic numero 81. Reliqua in hoc §. spectantia ad materiam majoratus uti per Auctorem exactissime digesta opportunum duximus non attingere, sed qualiter, & à quo tempore contravenientes menti Testatoris in fructus plectantur pro illorum juridica restitutione.

A die litis contestatæ duntaxat fructus etiam \* in actione fideicommissaria majoratus, aut primogenituræ propter obitum alicujus sine filiis intentata regulariter debentur, ut dicebam alleg. 104, nu. 29, & alleg. 124, n. 64, lib. 3. Cyriac. controv. 205, n. 230, Buratt. decis. 678, n. 1. Jo. Anton. ab Ecclesia observ. 189, n. 9. Censal. decis. Lucen. 80, nu. 40. Merlin. decis. 113, nu. 5, & decis. 330, n. 2, & per totam, ubi quod debeantur à die litis motæ per fideicommissarium etiam non petiti, & in alio judicio peti possunt, & decis. 366, n. 6, & seq. & decis. 482, n. 1, & decisione 585, n. 1, & 2, & decisione 663, à n. 1, ad 6. Andr. Censal. decis. Lucen. 80, n. 40. Fontanell. decis. 492, n. 11, Vivius decis. 262, numero 26, & seq. Cost. de rat. quest. 192, nu. 2, & per totam. Rota decis. 86, n. 3, & decis. 139, n. 1, & seq. & decisione 264, n. 26, part. 8, & decis. 73, n. 7, part. 9, tomo 1, & decis. 455, n. 1, & 6, part. 9, tomo 2, recent.

In nihilo resistente quod \* in casu contraven- tionis adversus prohibitiones divisionis, aut distractus contravenientes ipso jure privatos fideicommissio Testator esse voluerit, ut latissime prosequitur Bardellon. consilio 25, numero 43, seq. ac per totum.

Cæterum quod ubi Testator privationem contra alienantes & dividentes \* ipso jure inunxit fructibus à die contraventionis debeantur fideicommissario concludunt Bartol. in l. in fideicommissaria 18, ff. ad Trebell. Surd. decis. 25, n. 19, & seq. & n. 32, ubi reprobatur Cephal. consilio 50, & alios contrarium tenentes, Mart. conf. 113, n. 14, & sub n. 16, vers. Quamobrem cæteris. Mantica. de conjecl. ultim. volunt. lib. 7, tit. 10, n. 30, & 31, ubi reprobatur Cephal. consil. 50, aliter sentientem, & in eo quod requiratur interpellationem, saltem extra judicium, quinimò hanc partem tueretur idè Cephal. consilio 215, nu. 50, & sequent. Marefcot. variar. resolution. capite 112, nu. 45, & sequent. lib. 2, ubi testatur de communi contra Cephal. dicto consil. 50, quatenus interpellationem ad minus extrajudicalem requirit. Peregr. de fideic. art. 49.

artic. 49, n. 88, & 89, Cancer. var. resolut. 20, n. 24, part. 3, Mart. Medic. decis. Senen. 99, à n. 28, ad 33, ubi pariter Cephal. in consilio 50, respondet Giurb. decis. 97, n. 22. Fufar. consilio 161, n. 11, & de substit. quest. 626, numero 59, & seq. Spad. conf. 267, n. 14, & 15, lib. 3. latè Hodiern. ad Surd. decis. 138, ex n. 63, ubi n. 66, concludit, quod petitio fructuum dilata etiam in remotissimum tempus ad effectum illos lucrandi usque ad diem privationis ipso jure propter contraventionem incurfæ retrotrahatur. Joan. Franc. Andr. controvers. 23, numero 4, & controvers. 220, numero 1, Censal. ad Peregr. de fideicommiss. art. 27, fol. 147, vers. *Vel pena fuit*: ubi quod occupans fideicommissum in conscientia, & foro exteriori fructus teneatur restituere etiam sine judiciali interpellatione, aut sententia ob privationem ipso jure & facto contraveniente injunctam cum adjudicatione proximiori.

Concurrente potissimum fideicommissarii absentia per plures annos à patria, & loco purificationis fideicommissi. Quando enim fideicommissarius propter ejus absentiam fideicommissi restitutionem non petiit \*, tunc ei debentur fructus à die purificationis præcipue ob contraventionem, Bart. & Ripol. in dictal. in fideicommissaria 18, ff. ad Trebell. Menoch. de arbit. cas. 256, n. 26, Intrigl. de fideicom. cent. 3, quest. 74, n. 125, Marefcot. var. res. 112, n. 51, lib. 2, Fufar. de substit. quest. 626, n. 55. Surd. decis. 25, sub n. 29, vers. *Quod verò & seq.* Peregr. de fideic. art. 49, n. 84, Barbat. de divis. fructuum part. 2, cap. 2, num. 14, Tondut. var. resolut. 77, n. 3, part. 1, civil.

Uterius Testator in casu divisionis aut cujusunque ulterius dispositionis de ejus hæreditate contravenientes ipsius Testatoris voluntati fructibus principaliter ac ipso jure & facto vocando ad usum fructum proximiores privavit, usque adeo ut fructus \* non accessorie, sed tanquam fors debeantur, ac consequenter non à die litis contestatæ, sed à die contraventionis, quo ipso jure usus fructus ex præcisa Testatoris dispositione proximioribus cessit. Seraph. decis. 1168, sub n. 3, vers. *Decisiones verò.* Cancer. var. resolut. part. 3, capite 16, numero 97. Staiban. jun. de interest. libro 1, quest. 6, n. 8, & seq. Tondut. resolut. civil. 21, n. 19, part. 1, Buratt. decis. 289, n. 11, & ibi Ferentill. gloss. C. plures alias decisiones cumulat. Rota decisione 3, nu. 7, part. 7, recent. duplicata apud Merlin. decisione 663. Post. de subhast. inspect. 55, numero 111, & post tract. decis. 173, nu. 5, & prius decis. 143, numero 5, & decisione 500, n. 6, 7, & 8, partitione 9, tomo 2, recent. & in eadem 26 Junii 1658, §. *Justitia*, vers. *Nihilominus coram Priolo.* Quod autem fructus in præsentiarum tanquam fors, & principaliter debeantur clarè patet ex eo, quia testator in casum divisionis contravenientes non nisi fructibus privavit, & ad proximiores devenire disposuit.

Prædicta verò probabilem non videntur habere difficultatem, quando fructus adhuc extant aut percipiendi ex eis evasit locupletior satisfaciendo cum ipsis fructibus ejus creditoribus, aut aliter in ejus utilitatem conspicuam veluti dotandi filiam verti appareant, quo sanè casu, ac in utroque ipsorum condemnatio fructuum non à die litis contestatæ \*, sed subsecutæ privationis fieri omnino debet. leg. centum 22, C. de rei vindic. paragraph. *si quis à non Domino instituit. de rerum divis.* Surd. consil. 115, sub n. 19, vers. *Super hoc tamen*, & consil. 293, n. 13, & decisione

45, numero 15, latè Sanchez in præcept. Decalog. lib. 2, capite 23, ex nu. 73. Rota d. l. decis. 3, n. 38, & sequent. duplicata apud Merlin. decis. 663, Giurb. decis. 89, n. 39, ubi indubitatum declarat in judicio universalis Sanfelice. decisione 124, sub num. 19, Peregrin. de fideicommiss. articulo 49, numero 112, & 113.

Præterquam quod ante litem modo per me contestatam occasione ejusdem fideicommissi, seu Testamenti ac dispositorum in eo D. Comitissa de Ponzonis, ejusque Authores per similes litis contestationes in mala fide evidenter constituta apparet. Unde effugere \* nequit, quin saltem in fructus interim ab ea, ejusque autoribus perceptos, seu qui percipi potuerunt condemnari omnino debeat. Honded. consilio 30, numero 70, libro 1. Buratt. decisione 436, numero 3, & in proximis terminis Rota apud Merlin. de pignor. & hypoth. decisione 132, sub n. 4, vers. *in nostro*, & 5, duplicata apud Royas decisione 311, & nunc inter recent. decisione 341, partitione 9, tomo 2, & prius in eadem causa decisione 305, n. 8, apud Royas duplicata decisione 422, partitione 9, tomo 2, recent. ubi assignat rationem, quia rei possessores ab initio litis ex causa fideicommissi intentatæ excitati fuerunt ad inquirendum de juribus eorum possessionis.

## CAPUT XXXVI. §. 2.

## SUMMARIUM.

- 1 Transactio propter enormissimam læsionem rescinditur; contra num. 2. Super quacunque controversia etiam de facto sustinetur num. 3. De re non dubia, & clara non substitit num. 4. Ut sustineatur hinc inde aliquid tradendum est numero 7.
- 5 Transactio impugnans non auditur nisi prius restituat id quod recepit vigore transactionis. Secus si impugnat ex capite nullitatis num. 6.

**P**ropter enormissimam læsionem ex remedio libro 2. C. de rescind. vendit. etiam transactiones \* rescindi latè prosequitur hoc §. Cutell. de donat. tract. 2, discurs. 1, special. 23, numero 21, & seq. Olea de cess. jur. tit. 2, quest. 1, numero 51, Sanfelice. decisione 88, n. 11, Rota decisione 539, n. 2, part. 1, & decis. 125, n. 21, part. 5, & decis. 292, n. 13, part. 8, & decis. 470, n. 9, part. 9, tomo 2, recent. & coram Eminentiss. Othob. decis. 25, nu. 4, apud Salgad. in Labyrinth. credit. decisione 27, n. 31, cum infinitis apud Andreol. controvers. 246, n. 3, Caren. resolut. 104, n. 10. Ripol. var. resolut. 11, nu. 442, Spad. consil. 170, n. 10, & 25, lib. 2. Ciarlin. controvers. 119, n. 112. Rota in *Avenionen.* transactionis 22 Junii 1657, §. *ratio decidendi coram Dumozetto inter impressas decis.* & in Romana transactionis prima Aprilis 1658, §. *fundamentum*, vers. *verum etiam coram Melio*, & in Romana transactionis 21 Junii 1655, in princip. & §. *sed etiam*, & 2 Maii 1659, coram Celfo.

Quoniam verò inter cætera ad probandam læsionem æstimari debet dubius litis eventus, quod omnino impossibile videtur, ideo conclusio nō prædictam in \* transactione practicari, nec sub colore læsionis rescindendam comprobant magis commu-

## Observationum de Alimentis. Cap. XXXVI. §. 2. 51

communiter post alios Caren. resolut. 204, n. 14. Larr. decis. 68, n. 5, 10, 11, & per totam: ubi infinitos refert, & ita judicari per illum Senatam Treutl. conf. 35, n. 19. Hodiern. controvers. 37, nu. 9, & per totam. Redenasc. conf. 48, ex n. 17, usque ad fin. Rota apud Tondut. de pens. decis. 52, n. 2, & huic posteriori sententiæ accedit Auctor hic à n. 1, ad 5. ubi istud eo magis procedere inquit in transactione juramento firmata, quæ sustineatur ob vim juramenti etiam inita super alimentis dicto n. 5, & 6, hanc tamen assertionem quoad alimenta impugnat, & transactio super illis etiam jurata non sustineatur pluribus defendit Donad. de renunciat. cap. 4, sub n. 4, vers. *contrariam*. Tamen ab ea non ideo recedendum, nam Donad. loquitur seu intelligi debet ubi constat alimenta à patre in certa quantitate relicta fuisse, ut bene explicat Auctor hic n. 6, & colligitur etiam ex Tondut. de pens. cap. 57, n. 25, & 26. Ex capite igitur læsionis etiam enormissimæ transactionem rescindi nullatenus posse indubitatum remanet, & concludit Auctor hic ex n. 95. Rota decis. 74, n. 21, 22, & 23, part. 5, recent.

Transactio super quacunque controversia etiam de facto \* dummodo absit evidens calumnia sustinetur. Beltram. ad Ludovif. decis. 149, numero 7. Ferentill. ad Buratt. decis. 280, gl. A. Caren. resolut. 204, n. 6, seq. ac per totam. Altograd. conf. 104, n. 35, & 36, lib. 2. Hodiern. dicta controvers. 37, n. 20. Redenasc. dicto conf. 48, numero 31. Rota coram Merlin. decis. 799, n. 21, & apud Salgad. Labyrinth. credit. decis. 25, n. 3, & decisione 294, nu. 12, & seqq. part. 8, recent. Joan. Franc. Andr. controvers. 288, nu. 5, & 6, Rota decisione 271, n. 19, & decis. 281, n. 6, part. 6, Cyriac. contr. 3, n. 96. Rota in dicta Romana transactionis 21 Junii 1655, §. *unde cum Celfo*.

Hinc transactio de re non dubia, & clara nisi per evidentem calumniam extorta \* atque ex turpi causa procedens vitibus non substitit Cyriac. controvers. 237, n. 5. Prat. discept. 17, n. 60, & seq. Hodiern. dicta controvers. 37, n. 22, & seq. Camarat. respons. 25, n. 92, latè Joan. Franc. Andr. controvers. 246, n. 16, & 17, & controvers. 286, n. 73, Albitius inter easdem controvers. Andreol. 288, n. 3, & seq. & nu. 76, & seq. Rota decis. 85, n. 4, part. 8, recent. Fontanell. decis. 380, n. 13. Altograd. dicto conf. 104, n. 35, lib. 2. cum adductis hic n. 12, & seq. Spad. 311, n. 6, lib. 2. Rota decis. 336, n. 12, part. 5, recent. & decis. 410, n. 2, in eisdem, & in dicta Romana transactionis prima Aprilis 1658, §. *dubitari vers.* Unde cum Melio, & in dicta Romana transactionis 21 Junii 1655, §. *etenim transactio coram R. P. D. Celfo*.

Veniens contra transactionem à se gestam si illam ex capite læsionis rescindi petat non auditur \* nisi prius restituat id, quod vigore transactionis consecutus fuit, Ludovif. decis. 354, n. 7, ibi Beltram. numero 17, ubi in quarta limitatione admonet non procedere quando impugnans aliam retendi causam haberet. Cyriac. controvers. 3, numero 65, Rub. ad decis. 1, n. 93, in annot. & ad decis. 81, n. 52, part. 8, recent. Joan. Franc. contr. 346, nu. 15, & controvers. 286, n. 72, & utrobique declarat quando transigens non habet aliam causam retinendi quod recepit Rota decis. 147, n. 20, & seq. & decis. 315, n. 15, & seqq. part. 5, & decis. 7, n. 2, & dec. 146, n. 13, part. 8, recent. & in dicta Romana transactionis 21 Junii 1655, §. *fin. coram R. P. D. Celfo*.

At ubi transactio propter nullitatem impugnata Melius ad Castillum de Alimentis.

tur tunc proceditur etiam si impugnans \* non offerat aut non restituat id quod vigore transactionis recipit. Beltram. ad Ludovif. dicta decis. 354, sub n. 17, in prima limitatione. Joan. Franc. Andr. dicta controvers. 246, sub n. 15, vers. *quidquid aliud*: & repetit dicta controvers. 286, n. 72. Rota dicta decis. 7, sub n. 3, vers. *non autem part. 8, recent.* infinitos cumulat Rub. in annotat. ad dictam decis. 81, n. 64, part. 8, recent. Et utrumque membrum explicat auctor hic à n. 41, & ex n. 46.

Cæterum, ut paucis cuncta complectar, firmandum venit quod pro substantia transactionis prærequiritur fieri illam super re dubia in judicio deducta, aut deducenda aliquo dato, remisso, vel retento l. transactio 38. Cod. de transact. Cyriac. controvers. 128, n. 13. Royas decis. 187, n. 7. Othob. decis. 25, n. 7. Joan. Franc. Andr. controvers. 287, n. 17, & controvers. 288, n. 46. Hodiern. dicta controvers. 37, n. 3. Rota decis. 447, n. 3, part. 2, & decis. 271, nu. 21, part. 6, & decis. 92, n. 2, part. 9, tom. 2, recent. & coram Merlin. decis. 63, n. 6. in Romana transactionis prima Aprilis 1658, §. *accedit ulterius coram Melio*, & de hoc requisito, & aliis hic numero 15, & per totum.

## CAPUT XXXVI. §. 3.

## SUMMARIUM.

- 1 Emptor curare regulariter non debet quid contingat de pretio. Sollicitus esse debet de versione pretii rei ex causa necessitatis alienatæ nu. 2. Secus verò si ex causa voluntaria seu utilitatis num. 3. Declara ut num. 6.
- 4 Forma rescripti ad unguem observanda est.
- 5 Majoratus, aut fideicommissi dispensationes regulariter non conceduntur, & obrepta non subsistunt.

**A**bscindendo à contractibus initis, aut super rebus alienari prohibitis \* vel cum personis privilegiatis, emptor curare debet soluto pretio, quid de eo evenerit, & per Bal. omnes in auth. hoc jus porrectum, C. de sacros. Ecclesia. Dec. consilio 36, sub numero 8, vers. *Tertio principaliter*: ubi applicat etiam contractui gesto cum Ecclesia, quod tamen non ita de plano admitti debet. Mantie. de tacit. & ambig. libro 8, titulo 13, num. 2, Joan. Baptistæ Antonell. consil. 22, n. 15. Spad. consil. 317, n. lib. 2, Rota decis. 681, numero 5, part. 1, recent.

Ubi verò versamur in personis aut rebus quæ absque solemnitatibus, seu dispensatione distrahi non possunt, tunc distinguendum venit: vel enim dispensatio \* ex causa necessaria provenit ut puta ob dissolutionem æris alieni, & tunc ex licentia Principis aut dispensatione contrahens cum privilegiato seu super re alienari vetita, & tunc acquiritur omnino sollicitus esse debet de versione pretii in causam supplicatam. Surd. decisione 156, prope finem vers. & quamvis ubi latius Hodiern. Centur. de censibus questione 15, sub n. 37, versiculo *an impositio*, & post tractat. decisione 8, numero 11, & decisione 29, numero 1, & decisione 287, n. 4. Beltram. ad Ludovif. dec. 511, sub numero 33, vers. *imò nec etiam Anton de Amat. resolut. 3, n. 55. Thomas de Tut. & Cur. tit. 19, sub num. 3625, vers. Si autem fol. 870. Ventrigl.*